



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,  
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani  
Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

S. Odae Collegivm Rodanvm Et S. Petri Hiluari-Becanum, in Campania  
Brabantia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**

S. Martini Rossemense in Bomelia insula.

S. Seruatij, Hemertanum, quod sedem suam  
habet in pago Bomeliæ insulæ, quem *Hemert*  
*inferius* vocant.

SANCTI MARTINI ET SANCTAE  
*Dimpua Gelense in Campinia.*

**T**N eadem dicecesi sunt duæ Abbatiae, *Tongiloo* & *Berna*, ordinis præmonstratensis,  
Item *Pofulo Præpositura* & celeberrimum ho-  
spitale. Sunt insuper duo prioratus Canoni-  
corum regularium videlicet *Cerssendouca*, a-  
pud Turnhautum municipium, & *diuina* o-  
lim prope Eindhouiam nunc in vrbe Silui-  
ducensi.

SANCTI PETRI COLLEGIVM  
*Oirschotanum.*

**T**NCampinia Oirschonum insigne est mu-  
nicipium, vbi *Botgin* nobilem olim virum  
imperiale ferut: cuius filius *Odulphus*, æuo Ca-  
roli Magni ac Ludouici Pij Ultraiectensem  
sanctitate illustravit Ecclesiam: vt tradit Pe-  
trus Diuæus lib. 1. Rerum Brabantiarum.

Est in hoc municipio insigne Canonicor-  
um Collegium.

S. ODAE COLLEGIVM RODANVM ET  
*s. Petri Hiluari-Becanum, in Campania*  
*Brabantia.*

**S**ODA Virgo, filia, vt fertur, Regis Sco-  
torum cum cæcitate esset correpta,  
fama

fama signorum & prodigiorū euocata est Leodium ad reliquias Sancti Lamberti Martyris, vbi flumen oculorum recepit, & castitatem suam Christo sacrauit. Cum verò pater vellet eam sacerularis vitæ usibus informare, & ad matrimonium trahere, ipsa diuino usum consilio, peregrina in Taxandriam deuenit, suaq; sanctitate Rodense territoriū sublimauit; in quo obiit circa annum 713. matrona autē quedam nobilis propter miracula, quæ Deo auctore ad tumulū sanctæ fiebat, presignatū Rodense territorium Ecclesiæ S. Odæ hereditati obtulit. Eleuata est è tellure, per Otbertū Episcopum Leodiensem anno 1103.

Ceterū ut patrona quiescit Rodiae in collegiata Eccl. & solenne festū habet 27. die Novemb. Quod et duplex est in Cathedrali Eccl. Siluæducensi, & in Hilvvari-Beca. Constat est enim cleri Bebani opinio, Hilvvarem nobilem pedissequam S. Odæ, primariā Hiluari-Becani collegij fundatricem fuisse. Vnde et ista Beca ab ipsa, ad aliarum distinctionē dicta est Hilvvaris-Beca, quomodo Roda dicitur S. Odæ Roda. Sic ferè Molanus in natalibus SS. Belgij.

Est autem Roda S. Odæ, vt & Hiluari-Beca insigne ac populosum municipium Campaniæ Brabantinæ, utrumque in diœcesi Buscudensi seu Siluiducensi situm.